

Bijlage VWO
2008

tijdvak 1

Latijn

Tekstboekje

Tekst 1

Seneca schrijft Lucilius over het goddelijke in de mens.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

1 Facis rem optimam et tibi salutarem si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem,
2 quam stultum est optare cum possis a te inpetrare. Non sunt ad caelum elevandae
3 manus nec exorandus aedituus ut nos ad aurem simulacri, quasi magis exaudiri
4 possimus, admittat: prope est a te deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra
5 nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos; hic prout a
6 nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vero vir sine deo nemo est: an potest
7 aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magna et
8 erecta. In unoquoque virorum bonorum (quis deus incertum est) habitat deus.

9 Si tibi occurrerit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus et
10 conspectum caeli densitate ramorum aliorum alios protegentium summovens, illa
11 proceritas silvae et secretum loci et admiratio umbrae in aperto tam densae atque
12 continuae fidem tibi numinis faciet. Si quis specus saxi penitus exesis montem
13 suspenderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus,
14 animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita
15 veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet; coluntur aquarum calentium
16 fontes, et stagna quaedam vel opacitas vel immensa altitudo sacra vit.

17 Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa
18 felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex
19 aequo deos, non subibit te veneratio eius? Non dices, 'ista res maior est altiorque quam
20 ut credi similis huic in quo est corpusculo possit'? Vis isto divina descendit; animum
21 excellentem, moderatum, omnia tamquam minora transeuntem, quidquid timeamus
22 optamusque ridentem, caelestis potentia agit. Non potest res tanta sine adminiculo
23 numinis stare; itaque maiore sui parte illic est unde descendit. Quemadmodum radii
24 solis contingunt quidem terram sed ibi sunt unde mittuntur, sic animus magnus ac sacer
25 et in hoc demissus, ut propius [quidem] divina nossemus, conversatur quidem nobiscum
26 sed haeret origini suae; illinc pendet, illuc spectat ac nititur, nostris tamquam melior
27 interest.

28 Quis est ergo hic animus? Qui nullo bono nisi suo nitet. Quid enim est stultius quam
29 in homine aliena laudare? Quid eo dementius qui ea miratur quae ad alium transferri
30 protinus possunt? Non faciunt meliorem equum aurei freni. Aliter leo aurata iuba
31 mittitur, dum contractatur et ad patientiam recipiendi ornamenti cogitur fatigatus, aliter
32 incultus, integri spiritus: hic scilicet impetu acer, qualem illum natura esse voluit,
33 speciosus ex horrido, cuius hic decor est, non sine timore aspici, praefertur illi languido
34 et bratteato.

35 Nemo gloriari nisi suo debet. Vitem laudamus si fructu palmites onerat, si ipsa
36 pondere [ad terram] eorum quae tulit adminicula deducit: num quis huic illam
37 praeferret vitem cui aureae uvae, aurea folia dependent? Propria virtus est in vite
38 fertilitas; in homine quoque id laudandum est quod ipsius est. Familiam formosam
39 habet et domum pulchram, multum serit, multum fenerat: nihil horum in ipso est sed
40 circa ipsum. Lauda in illo quod nec eripi potest nec dari, quod proprium hominis est.
41 Quaeris quid sit? Animus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo;
42 consummatur itaque bonum eius, si id implevit cui nascitur.

43 Quid est autem quod ab illo ratio haec exigit? Rem facillimam, secundum naturam
44 suam vivere. Sed hanc difficilem facit communis insania: in vitia alter alterum trudimus.
45 Quomodo autem revocari ad salutem possunt quos nemo retinet, populus inpellit?
46 Vale.

Seneca, Epistula ad Lucilium 41

Tekst 2

De volgende passage is ontleend aan het boek 'Over standvastigheid in algemene rampspoed' van Justus Lipsius.

1 Zoals de zonnebloem en andere bloemen altijd van nature naar de zon gekeerd staan, zo
2 is de rede op God en op haar oorsprong gericht. Zij is standvastig en onwrikbaar in wat
3 goed is; onveranderbaar is haar oordeel, onverbreekbaar is haar voorkeur,
4 onvermurwbaar is haar strengheid; bron van juist beraad, van juist beleid. Haar
5 gehoorzamen is heersen, zich onderwerpen is regeren over al wat menselijk is, want wie
6 naar haar heeft geluisterd, heeft begeerten en overdreven emoties bedwongen. Wie haar
7 als de draad van Ariadne volgt, kan in geen labyrint van het leven verdwalen. Zij is de
8 vorm waarin God zelf tot ons, neen dichter nog, in ons komt.

Tekst 3 Algemeen

Het volgende citaat is afkomstig uit 'Seneca, Leren sterven' van Vincent Hunink.

1 Seneca: de leermeester van Nero met zijn zalvende praatjes over deugd en
2 rechtschapenheid, de miljonair die voor anderen de armoe predikt, de hypocriete
3 moralist. Wie zich met Seneca bezighoudt, komt al snel dit soort reacties tegen. Als ze al
4 niet te lezen zijn in uitgaven en studies van Seneca's werk, dan krijg je ze wel te horen
5 van classici. Die lijken vaak een hekel te hebben aan schrijvers die niet van volstrekt
6 onbesproken reputatie zijn. Dat is jammer, want met zo'n (voor)oordeel wordt de weg
7 naar de teksten al meteen versperd. In het geval van Seneca is het extra jammer, omdat
8 hij voor moderne lezers heel wat te bieden heeft. Inderdaad, Seneca is geen man van het
9 simpele gelijk, geen man bij wie theorie en praktijk op dezelfde grote hoogte staan. Dat
10 komt vooral door de lastige omstandigheden waaronder hij in Rome moest opereren en
11 de uitdagingen waarmee hij te maken had en die hij niet uit de weg is gegaan.

Tekst 4

Seneca heeft zojuist van Nero het bevel gekregen zelfmoord te plegen.

1 Ille interritus poscit testamenti tabulas; ac denegante centurione conversus ad
2 amicos, quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod unum iam et tamen
3 pulcherrimum habeat, imaginem vitae suae relinquere testatur, cuius si memores essent,
4 bonarum artium famam tam constantis amicitiae laturos. Simul lacrimas eorum modo

5 sermone, modo intentior in modum coërcentis ad firmitudinem revocat, rogicans ubi
6 praecepta sapientiae, ubi tot per annos meditata ratio adversum imminencia? cui enim
7 ignaram fuisse saevitiam Neronis? Neque aliud superesse post matrem fratremque
8 interfectos, quam ut educatoris praeceptorisque necem adiceret.

9 Ubi haec atque talia velut in commune disseruit, complectitur uxorem, et paululum
10 adversus praesentem fortitudinem mollitus rogat oratque temperaret dolori ne
11 aeternum susciperet, sed in contemplatione vitae per virtutem actae desiderium mariti
12 solaciis honestis toleraret. Illa contra sibi quoque destinata mortem adseverat
13 manumque percussoris exposcit. Tum Seneca gloriae eius non adversus, simul amore, ne
14 sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret, "Vitae" inquit "delenimenta monstraveram
15 tibi, tu mortis decus mavis: non invidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus constantia
16 penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine." Post quae eodem ictu brachia ferro
17 exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parco victu tenuatum lenta effugia sanguini
18 praebebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit; saevisque cruciatibus defessus,
19 ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad
20 impatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscedere. Et novissimo quoque
21 momento suppeditante eloquentia advocatis scriptoribus pleraque tradidit, quae in
22 vulgus edita eius verbis invertere supersedeo.

23 At Nero nullo in Paulinam proprio odio, ac ne glisceret invidia crudelitatis, iubet
24 inhiberi mortem. Hortantibus militibus servi libertique obligant brachia, premunt
25 sanguinem, incertum an ignarae. Nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non
26 defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum
27 marito mortis petivisse, deinde oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam; cui
28 addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria et ore ac membris in eum
29 pallorem albensibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum.

30 Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum, diu sibi
31 amicitiae fide et arte medicinae probatum, orat provisum pridem venenum, quo damnati
32 publico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret; adlatumque hausit frustra,
33 frigidus iam artus et cluso corpore adversum vim veneni. Postremo stagnum calidae
34 aquae introiit, respergens proximos servorum addita voce libare se liquorem illum Iovi
35 liberatori. Exim balneo inlatus et vapore eius exanimatus, sine ullo funeris sollemni
36 crematur. Ita codicillis praescripserat, cum etiam tum praedives et praepotens supremis
37 suis consuleret.

Tacitus, Ann. XV, 62-64

Tekst 5

Ook de geschiedschrijver Cassius Dio heeft de dood van Seneca beschreven. Hij schrijft:

1 Het zou een hele opgave zijn over iedereen die toentertijd de dood vond iets te
2 vermelden. Maar aan Seneca's dood wil ik enige aandacht wijden. Hij wilde dat als het
3 zover was, ook zijn vrouw Paulina de dood zou kiezen. Want, zei hij, hij had "haar
4 geleerd de dood te verachten zodat het ook haar wens was samen met hem afscheid te
5 nemen van het leven." Hij opende zijn aderen en deed dat ook bij haar, maar omdat zijn
6 afscheid van het leven moeizaam verliep, bespoedigden de soldaten zijn einde met als
7 gevolg dat zijn vrouw nog in leven was toen hij overleed. Zo bracht Paulina het er levend

8 van af. Seneca sloeg de hand pas aan zichzelf toen hij het boek waar hij net mee bezig
9 was, had gecorrigeerd, en al zijn andere boeken bij een paar vrienden in veiligheid had
10 gebracht, omdat hij bang was dat Nero ze in handen zou krijgen en laten vernietigen.

Tekst 6

In onderstaande passage legt Seneca Lucilius uit waarom hij uiteindelijk besloten heeft in afzondering te leven: hij wil zijn levenservaring in dienst stellen van toekomstige generaties.

1 In hoc me recondidi et fores clusi, ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi per otium
2 dies exit; partem noctium studiis vindico; non vaco somno sed succumbo, et oculos
3 vigilia fatigatos cadentesque in opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus sed a
4 rebus, et in primis a meis rebus: posterorum negotium ago. Illis aliqua quae possint
5 prodesse conscribo; salutare admonitiones, velut medicamentorum utilium
6 compositiones, litteris mando, esse illas efficaces in meis ulceribus expertus, quae etiam
7 si persanata non sunt, serpere desierunt. Rectum iter, quod sero cognovi et lassus
8 errando, aliis monstro. Clamo: 'Vitate quaecumque vulgo placent, quae casus attribuit;
9 ad omne fortuitum bonum suspiciosi pavidique subsistite: et fera et piscis spe aliqua
10 oblectante decipitur. Munera ista fortunae putatis? Insidiae sunt.

Aantekeningen

- regel 1 **in hoc** met het volgende doel
clusi = clausi
pluribus Vul aan **hominibus**
- regel 2 **exeo** voorbijgaan
vaco tijd maken
succumbo overmand worden door
- regel 3 **cado** dichtvallen
in opere Verbinden met **detineo**
sed = sed etiam
- regel 4 **in primis = imprimis**
posterorum voor toekomstige generaties
- regel 5 **admonitio** advies
velut als waren het
- regel 6 **expertus** + a.c.i. omdat ik ervaren heb dat
- regel 8 **quae** acc.
casus toeval
- regel 9 **subsisto ad** weerstand bieden aan
spes lokmiddel
- regel 10 **oblecto** een verleiding vormen
ista gesubstantiveerd gebruikt